


**Catalogus Praelectionum Et Exercitiorum Quae In Illustri Rostochiensium  
Academia Bono Cum Deo Proximo Semestri Publice Privatimque Habebuntur,  
Propositus Ipsis Ianuarii Calendis Anno M.DC.XCVIII**

Rostochii: Weplingius, 1698

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn742471640>

Druck Freier  Zugang







*M\_1257(3)<sup>2</sup>.*

1698

CATALOGUS  
PRÆLECTIO-  
NUM ET EXERCI-  
TIORUM,

QVÆ  
IN ILLUSTRISTOSTOCHIENSIIUM  
ACADEMIA  
BONO CUM DEO  
PROXIMO SEMESTRI  
PUBLICE PRIVATIMQVE  
HABEBUNTUR,

PROPOSITUS  
IPSIS JANUARIJ CALENDIS  
ANNO M. DC. XCVIII.



ROSTOCHII, Typis JOH. WEPPLINGII,  
UNIVERS: TYPOGR.

M. 1257(3)<sup>2</sup>

# IN FACULT. THEOLOG.

D. ANDR. DAN. HABICHHORST, Collegii Duc. ac  
FCtis Th. SENIOR & h. h. DECANUS horâ IX. matut. (qvæ  
prim. & Senioris est Theologi) ad *publicas prælectiones*, in qui-  
bus de præcipuis Prophetarum locis circa festum Michaëlis  
cum Criticè tum Theologicè ex consilio fontium disserere  
cœpit, quasque præsentès feriæ interruperunt, finitis præxi-  
mè illis revertetur, easque per hibernos quidem dies (ne fri-  
gore Auditores incommodentur) in auditorio domestico  
sic satis hætenus frequentatõ; sub initium verò Veris in Au-  
ditorio Theologorum usque ad Paschale festum D. V. conti-  
nuabit, quo temporis articulo istas absolvet, atq; illa JSAIÆ  
*locâ* publicè vindicabit, qvæ D. *Petersen Gbiliastra* detorque-  
re conatur. *Disputationum* quoq; *publicarum* telam, quam pri-  
dem in illustriora JSAIÆ Prophetarum Principis loca fuit or-  
sus, pertextet, omnem moturus lapidem, ut hoc anno. qvem  
Dei gratiâ nunc auspicamur, secundam illarum partem, qvæ  
cum 28. Jsaïæ capite exit, (si vixerit Dominusque voluerit)  
ad finem perducatur; præsertim cum ad operis continuationem  
ab extraneis simul ac conterraneis non rarò excitetur. Præ-  
ter has verò JSAIANAS de aliis quoq; Disputationibus in  
alia Scripturarum loca, præcipuèque Articulos abusuum  
Augustanæ Confessionis, ex ipsius Papistici juris decreto,  
(qvod Canonicum vulgo audit) stabilire, adeoque Papatum,  
hodie proh! Evangelicis non unas fruentem insidias, pro-  
prio Canonum gladio jugulare (prout specimina hujus rei  
jam ante 19. annos dedit) ulterius conabitur. *Privatim* por-  
ro juventuti studiosæ suam cõmendabit industriam, & post-  
quam non ita pridem Collegium absolvit Biblicum, idque  
tripartitum, quippe in quo (1.) historiæ V. T. connexionem  
in tabellis monstravit, (2.) Itagogen in singulos V. T. libros  
exhibuit (3.) Exegesen difficiliorum illius fœderis locorum  
pro-

propofuit, proximè nova rurfus Collegia vel eâdem vel fimili methodo in V. T. libros instituenda, vel potius (ex voto R. F. C. tis fuæ) Collegium Theologicum thetico - antitheticum, lectorio - examinatorium intra dimidium anni fpatium, fi ita placuerit, abfolvendum, cupidis gratisqve Theologiæ Cultoribus aperire non pigrabitur. Interim in *Collegiis Philologicis & quidem facris* tum veteri tum novo, propediem hoc mense inchoando (vigore gradus Philofophici, quem non deposuit) fuos aliosqve V. T. fontes scrutaturos folide manuducet. In *Disputationibus tandem privatis* ita fuus commodabit Auditoribus, ut poft Disputationes in Formulam Concordiæ & controverfias Anti-Syncretifticas, fuperiori ætate ventilatas, non modò Collegium illud Difputatorium, quod fuperiori mense Novembri fuper thefes in Auguftanam Confeflionem, cum nominibus Auditorum typis expreffas, ita incepit, ut duo femper Respondentes, alter Affumens alterqve Affiftens, more per viginti ferè annos à fe recepto, adhibeantur, ut crebrius fit exercitium citiusq; partes respondendi in orbem recurrant, fideliter diebus Merc. Sabb. hor. 1.—3. continuet, ufq; dum feq. Febr. Mense abfolverit; fed & novum mox Difputatorium in eandem Aug. Confeflionem, ab aliis jam expetitur, finitis proximè feriis, iisdem diebus horâ 3.—5. ordietur; quibus deinde abfolutis aliud Difputatorium in Formulam Concordiæ aliasqve controverfias felectiores fuccedet, atqve industriis exercitiorum horummet tam utilitium quàm neceffariorum Amatoribus aperietur; Quomodo enim qui privatis Difputationum velitationibus neqve respondendo neqve opponendo fuam fæpe operam dederunt, atqve ita progymnafmatibus Theologicis oppidò non exercitati fuerunt, cum adverfariis feliciter confligent, hofteſqve veritatis (quod tamen Eccleſiæ doctores decet) redarguere valebunt?

JO. FECHT. D. In publicis Prælectionibus, horâ tertiâ pomeridianâ instituendis, Examen recentiorum controversiarum, circa finem superioris anni cœptum & hujus initio continuatum, dein verò per Rectorales occupationes suspensum, ita persequetur, ut argumento de Chiliasmo, cujus jam initium factum est, absoluto, ad controversias potiores, per universum Theologiæ Systema diffusas, pedem sit promoturus. Laborem verò suum eò unicè dirigit, ut sepositis ijs, quæ levioris momenti sunt & in verborum tantum rixis consistunt, cætera summâ animi moderatione, solius veritatis studio, procul habitâ omni acerbitate, sit consideraturus. Finis nempe hic erit, ut articuli fidei & præcipuæ de ijs controversiæ, adeoq; totum Theologiæ nostræ corpus, isthoc pacto illustrentur; cum persvasissimum nobis esse debeat, novissimas has per totam ferè Theologiam contentiones Divino consilio ideo permissas esse, ut vel hoc ex intestino hoc bello bonum, quod in præcipuarum doctrinarum dilucidatione consistit, ad Ecclesiam nostram redundaret. Privatim, ut superiore anno circa Theologiam positivam fecit, ita posthac Ecclesiasticam Novi Testamenti historiam, ad ductum exactissimi, quod nuper à celeberrimo Viro, *Adamo Rechenbergio*, editum est, Summarii, precibus optimorum quorundam commilitonum motus, ita tradet, ut discursu ad nobiliorum capitum explicationem instituto, additamenti loco selectiora quædam ad calamum dictaturus sit, quæ ex usu auditorum esse & recentiorum imprimis seculorum controversiis rectius dijudicandis inservire judicaverit. Collegium quoq; unum alterumq; in quo privatim disputando Theologiæ cultores exercentur, pro more hætenus à se observato, aperiet. Sperat autem, industriâ nunquam defatigandâ accedente, si Divini Numinis favore sanæ vegetæq; vires ipsi contigerint, fore ut intra octo novemq; mensium spatium hæc universa felici successu absolvere possit, Diem, quo lectionum suarum initium faciet, brevi ex tabulâ significabit.

IO.

JOHANNES NICOLAUS QVISTORPIUS, D. Academ. p. t.  
Rector novum hunc annum novis prælectionibus Publicis in li-  
bros symbolicos (quamprimùm occupationes in utroq; officio  
sic satis difficiles id permittent) auspicabitur, in quibus & brevissi-  
mis notabit controversias recentiores, horâ VII. Privatim Clarissi-  
mis Dn. Commilitonibus offert singulis diebus Mercurii abs horâ  
II. in IV. Collegium sic dictum Collationatorium de quæstionibus  
in Theologiâ hodiè vexatis. Dato quoq; numero accepto habebit  
Collegium Theticum Lectorio Disputatorium. Disputando mox  
absolvat *Ἐπιπέριον* Johannea, Et Hæreses juxta seculâ in Disputatio-  
nibus xxxii (si habiturus erit Respondentes) Eruditorum examini  
publicè submittet. Cum DEO agere annitetur ea, quæ in com-  
modum Studiosæ juventutis cedere posse intelliget.

## IN FACULT. JURID:

JOANNES SIBRAND, D. Decret. Prof. Publ. Ord. A. Duc.  
Coll. Jur. Fac. & Almæ Patriæ Senior, pandet diebus *Luna & Mar-  
tis, hora 2. pomeridiana* in Auditorio Majori, Matrimonii Sacramen-  
tum: ejusdemq; declarabit & usum & abusum: quæ observan-  
da quæq; fugienda, ad ductum veræ non simulatæ philosophiæ,  
ex principiis juris Naturalis, Gentium, Canonici & Civilis. Die-  
bus autem *Jovis & Veneris* Novissimam Regis Rom. JOSEPHI Capi-  
tulationem, exq; eadem principia juris publici solidiora, statumq;  
Imperij nostri Sacratissimi. Privata autem opera, desiderantibus,  
seriem omnium Actionum & Exceptionum, in jure & praxi oc-  
currentium; Illamq; ad normam memorialis Actionum JCtissi-  
mi Brunnemanni, uti in Examine Instit. Hoppiano in calce exhi-  
bita. Nec non Modernum processum, uti quoq; ad nutum  
postulantiam Collegia Lectoria, examinatória, disputatoria, tam  
conjunctim quam singulatim, tam privatim quam publicè, pro  
numero & desiderio expetentium.

D. ALBERTUS WILLEBRANDUS, Instit. Imper. Prof. Publ.  
publicè ab hora VIII. in IX. matut. singulas Institutionum, Ru-  
bricas brevissimè explicabit, & cum ijs Auditoribus simul Nota-  
bilia ex quocunq; Titulo proponet. Quibus absolutis, si Deus vi-



tam & sanitatem concesserit, Constitutionem Criminalem Caroli V. publicè interpretandam sibi sumet. Privatim verò in omni parte Juris Dn. Studioſis suam promittit operam, & quidem cæpta collegia debitâ assiduitate continuabit, inſimulq; novum Collegiũ in B. Struvii Jprudentiam Romano Germanicam Forensem, si numerus Auditorum aderit, brevi aperiet, nec minus ijs qui privatim Disputatorium desiderant collegium, operam suam lubenter accommodabit, publicarum etiam Disputationum præſidiis, modo Respondentes aderint, sedulo vacabit.

**JOHANNES REEM/J. U. D. & Pandect. Profess. Publ.**  
Cum in privatò PANDECTARUM *Lauterbachiano, Lectorio Examinatorio* Collegiò ad *terribiles Delictorum Publicorum, Privatorumq;* Libros, 47. & 48. devenerit, hunc utilissimũ juris articulum, *Publicis Lectionibus, HORA. X* evolvendum sibi sumet, subjunctâ deinde *Constitutionũ Criminalium Carols V.* interpretatione; Privatim verò, Deò animi, corporisq; vires clementer largiturò, impigrè vacabit ante bis septem dies inchöato Collegio, *Processus Civilis Practico, Lectorio*, eòq; B.C.D. absolutò, formabit judicium ex Auditoribus, ventilatâ in eò unò, alteròve casu, alijsq; Actis communicatis, quæ *Judicis, Advocati & Secretarij* partes sint, monstraturus. Præterea post lapsum bimestris spatii, *novum* Auditoribus suis aperiet Collegium PANDECTARUM LAUTERBACHIANUM, LECTORIO EXAMINATORIUM privatam, ultimam etiam cum Deò manum *Lectionibus Institutionum*, ferè ad Librum 3tium continuatis, imponet *Lectorio-Examinatoriis*, suo ceterà officio, sic uti hactenus, ita & in posterum per *Disputationes Publicas, Privatasq;* V. D. satisfacturus.

**MATTHIAS SEEM/D. & Cod. Prof. Publ. Excell. Strykii**  
Introductionem ad praxin forensem junctis consvetis formulis publicè, hora III. pomerid. Dn. Auditoribus expositurus, insuper *privatim* Collegium Pandectarum desiderantibus aperit :

**JOHANNES JOACHIMUS SCHOEPFFER. D. Fac. Jurid.**  
hodie Decanus, Publicè, horâ matutinâ IX. Differentias juris civilis

lis & Canonici explicabit, privatim vero collegia Instit. & Digestorum, legendo, & examinando, continuabit.

JOHANNES BARNESORFF. J.U. D. & PP. Successionem ab intestato publicè hora I. pomeridiana propositurus est, privatim verò Institutiones Juris interpretabitur.

## IN FACULT. MEDIC.

BERNHARDUS BARNESORFF. Med D. & P.P. ab hora VII. matutina in VIII. publicè docebit Chirurgiam; privatim vero Collegium aliquod Pharmaceutico-Chymicum, aperiet, in quo Rerum Naturalium, ex triplici Regno, Animalis scilicet Vegetabili & minerali desumptarum, naturam explicabit, modumque, ex ijs selectissima præparandi Medicamenta, monstrabit.

JOHANNES ERNESTUS SCHAPER. D. & P.P. h. r. Decanus publicè horâ VIII. matut. Venenorum Naturam explicabit, ubi in simul Doctrinam de Morbis Contagiosis adjiciet. Privatim perget in Collegiis tam Medicis lectorio-examinatoriis, quàm Phisicis Theoretico & Curioso experimentalis.

GEORGIUS DETHARDING, D. & PP. Quas, anno elapso, cœpit Demonstrationes Physiologico-Anatomicas, illas, DEO VOLENTE, horâ I. pomeridiana sedulo est continuaturus, pro subjectorum tamen varietate Lectiones suas adornaturus. Privatim, tum Medicinæ Studiosis, in quocunq; volent exercitio; cum Anatomiam curiosiorem deperientibus, studia & officia sua constabunt paratissima.

## IN FACULT. PHILOSOPH.

JOACHIMUS JONCKHEIM. Philos. & Theologiæ D. Phys. & Metaphys. PP. & FCris tuæ n. t. Decanus, ab hora II. pomeridiana, publicè præleget *Psychologiam recentiorum*, sive de *Menti humana*, variisque Physicorum & Philosopherum circa illam erratis, præprimis ad destruendam periculosam & recens natam sententiam de *Homine Automatico*, debitam adhibebit diligentiam. Et quæ huc faciunt ex Physiologia tam *Sacra* quàm *profana* distinctè proponere sataget. Nec privatis Lectionibus, modo serius adsit ardor, se unquam subtrahet.

CASP. MATTH. MÜLLER. D. Moral. PP. jus homini in se & alios competens, & hac materia finitâ, officium sermocinantium

intra

juxta regulas Doctrinæ quæ mores hominum format, quam ple-  
riqve recentiorum jus naturæ appellant, in publicis prælectio-  
nibus examinabit hora I. Pomeridiana.

**HENR CHRIST ZEPHORE**, Phil. & J. U. D. S. Theol. Cand.  
Eloqv. P. P. decimâ antemeridianâ, traditâ generatim oratoriâ  
indole, rationem Themata & argumenta eruendi, variandi, tra-  
ctandi plusculis edisseret, omniaq; exemplis sacris & profanis  
enodabit. Subjunget etiam modum affectus, ope potissimum  
mediorum amplificantium, ciendi.

**CHRISTIANUS HILTEBRANDT**, Logices P. P. Deo gra-  
tiam largiente, horâ septimâ matutinâ per instans æstivum seme-  
stre Dn. Auditoris publicè Analyticam professurus est. Privata-  
tim operam suam expetentibus, sanctè pollicetur, nec ullum eis  
commodum in se claudi patietur.

**JACÖBUS BURGMANNUS**, Ebricæ Lingvæ & Cate-  
cheseos Christianæ P. P. Capitis XXXII Geneseos, quod nuper  
Prælectionum Academicarum primitiis destinatum exortus est,  
expositionem continuabit, eoque ad finem feliciter perducto ali-  
quem ex Prophetis, quos vocant, Minoribus sibi eliget explanan-  
dum, atque in his ita versabitur, ut præter fundamentalia Gram-  
maticis haurienda idiotismos etiam, nec non accentuationem, a-  
liaq; ad Criticam hujus sanctæ Lingvæ considerationem spectan-  
tia allaturus sit, quò tyrones pariter ac provectiores iisdem  
cum fructu interesse possint, ab horâ octavâ ad nonam. Privata-  
tis quoq; Collegiis ex votò & desiderio Auditorum habendis o-  
peram suam iisdem offert promptissimam.

**PETRUS BECKER**, Matheseos P. P. Nobilissimis Mathema-  
tum Cultoribus dicat prælectiones hora I. Pomerid, habendas pu-  
blicas, in Prima Fundamenta *Arithmetica* non tantum Vulgaris, sed  
Speciosæ s. symbolicæ, Decimalis, Sexagenariæ, Logarithmicæ  
Figuratæ; & *Geometria* Elementaris quidem, Grammaticæ,  
Longo Trigonometricæ, Plano-Epipedo metricæ, & Stereome-  
tricæ; præmissâ compendiosissimâ, per quatuor horas absolven-  
dâ, in *Geometriam practicam* introductione. Privatis Musis  
inservient observationes, Astronomicæ, Geographicæ,  
Architecturæ Militaris, & Artis Navigatoriæ.





lis & Canonici explicabit, privatim vero c  
storum, legendo, & examinando, continu

**JOHANNES BARNSDORFF. J.U.**  
ab intestato publicè hora I. pomeridiana p  
tim verò Institutiones Juris interpretabitur

## IN FACULT. M

**BERNHARDUS BARNSDORFF.**  
VII. matutina in VIII. publicè docebit Chir  
ro Collegium aliqvod Pharmaceutico. Chy  
Rerum Naturalium, ex triplici Regno, An  
minerali desumptarum, naturam explicab  
selectissima præparandi Medicamenta, mo

**JOHANNES ERNESTUS SCHAPER**  
publicè horâ VIII. matut. Venenorum Na  
in simuli Doctrinam de Morbis Contagiosis a  
get in Collegiis tam Medicis lectorio-exam  
cis Theoretico & Curioso experimental.

**GEORGIUS DETHARDING, D. & P.**  
cœpit Demonstrationes Physiologico. Ana  
**VOLENTE**, horâ I. pomeridiana sedulo e  
subjectorum tamen varietate Lectiones su  
vatum, tum Medicinæ Studiosis, in quocum  
cum Anatomiam curiosiorem deperientibus  
constabunt paratissima.

## IN FACULT. PHIL

**JOACHIMUS BRUNDMANN. Philof.**  
& Metaphys. PP. & FCtis tuæ n. t. Decanus  
diana, publicè præleget *Psychologiam recentior*  
*mana*, variisq; Physicorum & Philotophoru  
præprimis ad destruendam periculosam &  
tiam de *Homine Automatico*, debitam adhibeb  
huc faciunt ex Physiologia tam *Sacra* quã pro  
nere sataget. Nec privatis Lectionibus, mo  
se unquam subtrahet.

**CASP. MATTH. MÜLLER, D. Moral.**  
alios competens, & hac materia finitâ, officii

t. & Dige

cessionem  
est, priva-

P. ab hora  
ivatim ve  
ciet, in quo  
getabili &  
nq;, exijs

. Decanus  
icabit, ubi  
vatim per  
am Physi

no elapio,  
as, DEO  
urus, pro  
urus. Pri  
exercitio;  
fficia sua

**PH.**  
ad Phys.  
pomeri  
*Menti hu*  
m erratis,  
m senten  
n. Et quæ  
tè propo  
sit ardor,

mi in se &  
inantium  
intra

